



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Informatio ad benevolum Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)



Informatio ad benevolum
Lectorem.

Sicut nitidum magni illius in caelo Lumi-
naris splendorem sua sequitur umbra, sic
Thaboraus iste Mons à primâ statim editio-
ne, dum plurimis ad novam vitæ perfectioris
transfigurationem praluxit, à nonnullis cum
eruditione, tum Ecclesiasticâ dignitate spectatis
viris suas passus est oblocutionis, ac sinistra in-
telligentiæ umbras. Sed tametsi palàm cogni-
tum fuit, Auctorem magis, quàm ejus lucu-
brationem nonnisi ex præciso Religiosæ obedi-
entiæ mandato publica lucis factam, displicuisse.
Quia tamen ejusmodi nigri calculi nota eòsque
etiam in scriptis circumvolabant, donec ad pro-
prias Auctoris manus originaliter pervenirent;
visum est Approbatoribus prænotatis, opera præ-
tium fore, si è quamplurimis albi calculi votis
eidem libello suffragantibus aliqua potiora secer-
nantur, & tanquam irrefragabiles virorum sa-
pientiâ, integritate, & dignitate longè eminen-
tiorum censura ex Originalibus litteris ad Au-
ctorem datis extracta (pro pura puta
solius Dei gloria) hic adjun-
gantur.

CEN-